



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicae

Schnorrenberg, Anno

Coloniae, 1740

XXIV. Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62040](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62040)

REGULA XXIV.

Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non videtur, cum habeat parere necesse.

Quæres primò. Quis hujus Regulæ Sensus ?

R. Qui iudicis, Patris, Prælati, Domini, vel alterius Superioris mandato obtemperat, à dolo excusatur, quæcunque enim Judex aut Superior præcipit, justè præcipere præsumitur. *Cap. sicut nobis. 16. de Sent. & rejudic. cal.* exempla sunt in milite, qui jussu Ducis sui occidit. *Can. miles. 13. caus. 23. q. 5.* in laicis Clericos de mandato Episcopi Cipientibus. *Cap. si Clericos. 15. de Sent. excom. in 6.*

Quæres secundò. Quæ faciendæ Regulæ limitatio?

R. Addendum est: *Nisi justa non parendi subest causa*, idèoque imò si mandatum naturali aut divino juri adversetur, parendi non est obligatio; sic Conjugum dirimentis conscia impedimenti, ad mandatum Judicis, etiam excommunicationem minitantis debi-

tum Conjugale reddere nequit. *Cap. litteras 13. de Restitut. spoliat. cap. inquisitioni. 44. de Sent. excom.* item qui per Sententiam falsis allegatis nixam in Causæ Controversia triumphavit, per hujusmodi Sententiam adjudicatum sibi retinere nequaquam potest. 2dò. Si Judex inferior contra Jus manifestum, in quo dispensare nequit, aut contra Judicis Superioris imperat mandatum, subditus non tantùm obedire non tenetur, sed etiam obediens à culpa non excusatur. 3tò. Si Judex quidpiam, quod ad officium illius non pertinet, vel absque prævia Causæ cognitione, vel alterâ parte non citatâ, nec audita &c. mandare tentaverit, non est obsequendi debitum, cum in tali casu contra Judicis mandatum militet præsumptio. *Cap. conquerente. 7. de Restitut. spoliat.*

C A S U S.

Kolomannus Abbas conversum habet incorigibilem, quem à famulis suis scutico excipi jubet, qui cum metu excommunicationis sese ex-

cusarent (A) Præcepit monachis, ut eum verberibus corripere. (B) Sic correptus conversus in militiam aufugit, in qua uxorem duxit; aliquando

M 3

Sacel-

Sacellanum Campeftrem interrogans , an uxori matrimoniale debitum reddere poffit , refponfum accepit : Si à tuo Officiali adstringaris , ut velut maritus uxori tuæ cohabitares , ex præfenti *Regula* debitum reddere potes. (C)

tandem in Capitali deprehenfus flagitio ad mortem condemnatur. Unus ex militibus Sententiæ executoribus eum religiosum effe fcivit , idèoque timet , ne irregularitatem incurrat. (D)

RESOLUTIO.


(A) **B**Enè fe famuli excufarunt , quia Abbas , fi caufa fubfiftat , religiosum fubditum vel per feipfum , vel per monachos , aut Clericos excipere debet , aliàs tam ipfe , quam excipientes excommunicationem Sedi Apoftolicæ refervatam incurrunt , *Cap. Universitatis. 24. de Sent. excom.*

(B) Religiofi juffi à Præfato incorrigibilem excipere poterant per *Regulam. & cit Cap. Universitatis.*

(E) Matrimonium poft folemnem profeflionem attentatum invalidum es-

fe non dubitatur. *Cap. unic. de Voto. in 6. Juffus ab Officiali , aut quacunque potestate etiam Ecclefiaftica debitum reddere non poterat , in iis enim , quæ juri naturali & divino contrariantur , plus obediendum eft Deo , quàm hominibus. Can. fi Dominus. 93. Caus. 11. q. 3. Cap. inquisitioni. 44. de Sent. excom.*

(D) Miles fanguinis Sententiam exequens non incurrit irregularitatem ex delicto. *Can. miles. 13. caus. 23. q. 5.*



REGULA XXV.

Mora sua cuilibet est nociva.

Quæres primò. Quid & quotuplex est mora ?

Re. 1mò. Mora eft culpabilis & damnosa eo tempore , quo quis potest & debet , quidpiam dandi aut faciendi dilatio. Sic debitor , qui folutionem debiri , dum debet & potest , non exhibet , morofus debitor appellatur.

2dò. Mora alia eft regularis , alia irregularis. Regularis , five , ut alii vocant , mora ex perfona eft , quando ex legitima Creditoris interpellatione debitor in mora eft : Ut Titius Cajo prædium pro 300. Imperialibus vendidit , die vel tempore , quo folutio præftanda , non expreffo , Cajus à

tem-